

DOMINICA III.
post Pascha.

Lectio Epistolæ B. Petri
Apóstoli.

1. Pe-
rr. 2.

Charíssimi: Obse-
cro vos tam-
quàm advenas
& peregrinos abstinere
vos à carnalibus desid-
riis, quæ militans advér-
sus animam; conversa-
tiónem vestram inter
Gentes habentes bonam:
ut in eo quòd detréctant
de vobis tamquàm de
malefactoribus, ex bonis
opéribus vos considerán-
tes, glorificent Deum in
die visitatiónis. Subjéti
igitur estote omni hu-
manæ creaturæ propter
Deum: sive regi, quasi
præcellénti: sive dúci-
bus, tamquàm ab eo mi-
sis ad vindictam male-
factorum, laudem verò
bonorum: quia sic est

volúntas Dei, ut bene-
facientes obmutescere fa-
ciatis imprudentium hó-
minum ignorantiam: quasi
liberi, & non quasi ve-
lâmen habentes malitiæ
libertatem; sed sicut ser-
vi Dei. Omnes honorâ-
te: fraternitatem diligite:
Deum timete: regem
honorificâte. Servi súb-
diti estote in omni ti-
more dómimis, non tan-
tùm bonis & modéstis,
sed etiam dyscolis. Hæc
est enim grátia, in Chris-
to Jesu Dómino nostro.

DOMINICA IV.

Lectio Epistolæ B. Jacó-
bi Apóstoli.

Charíssimi: Omne ^{Jaco.}
datum óptimum,
& omne donum
perfectum desúrsum est,
descéndens à Patre lumi-
num, apud quem non est

trans-

DOMINICA V.
post Pascha.

Lectio Epistolæ B. Jacó-
bi Apóstoli.

Jacob
1.

Charíssimi: Estó-
te factóres verbi;
& non auditóres
tantùm, fallentes vos-
metípsos. Quia si quis
auditor est verbi, & non
factor: hic comparábitur
viro consideránti vultum
nativitatis suæ in spéculo:
considerâvit enim se, &
abiit, & statim oblitus est
qualis fúerit. Qui autem
perspéxerit in legem
perfectam libertatis, &
permanserit in ea, non au-
ditor obliuósus factus,
sed factor óperis: hic beá-
tus in facto suo erit. Si
quis autem putat se reli-
giósum esse, non refræ-
nans linguam suam, sed
sedúcens cor suum, hujus
vana est religio. Religio

mun-

munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

IN LITANIIS majoribus.

Lectio Epistolæ B. Jacobi Apóstoli.

Jacob
5.

Charissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua. Elías homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursùm oravit: & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis

erraverit à veritate, & converterit quis eum: scire debet quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

IN VIGILIA Ascensionis.

Lectio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Ephésios.

Fratres: Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit su-

per

IN DIE ASCENSIONIS DOMINI.

Lectio Actuum Apóstolorum.

Act. 1

Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cepit Jesus facere & docere, usque in diem, qua præcipiens Apóstolis per Spiritum Sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apprensens eis, & loquens de regno Dei. Et convescens præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis (inquit)

per os meum: quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant, interrogabant eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ. Et cum hæc dixisset, videntibus illis elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis

VI

P 2

eô-